Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



horam ꝟo inquit. qui petierit non accipi
at. ⁊ quare. quoniam vt Salomon inqt.
omnia tempus habent alio enim tempo-
re. celebrande sunt misse. alio canonice de
cantande sunt hore. alio manuū sunt exe-
quenda opera. alio reficiēdi sunt fratres.
o alio ergo sunt lectiones audiēde Om-
nis tamen religiosorum actio in hec tria
genera consumitur. vtpote in orationem
lectionem. ⁊ operationem. Orationez. ad
quam omnis diuinus cultus tandem re
ducitur. superius precepit dicens. Oratō
nibus instate horis ⁊ temporibus consti
tutis. operationem mandauit cum dixit.
vt nullus sibi aliquid operetur. sed om-
nia in communi fiant. Hoc autem in lo
co lectionem insinuauit. hec tria idcirco
precepit. ⁊ magnopere alibi commenda-
uit. qm̄ nobis in monasterio constitutis
valde sunt necessaria. Nam per orationez
mundamur. hinc sacerdos ad orationem
se preparans euangelicaz non modo cor
sed etiam labia sibi mundari precatur per
lectionez instruimur. hinc Apostolus ait
quecunqꝫ scripta sunt scilicet vt legamus
ad nostram doctrinam scripta sunt. qua-
tenus per patientiam. et consolationem
quam videlicet ex scripturaruz lectione ꝑ
cipimus. spez future beatitudinis habea
mus per operationem beatificamur. hinc
sanctus propheta cecinit. Labores ma-
nuum tuarum. quia manducabis. beat⁹
es. ⁊ bene tibi erit. Itaqꝫ frequenter. hoc
est quottidie saltem. vt nunc de lectione.
p lectionem faciamus. Nos qui religio
si sumus legere debemus. tum quoniam.
quemadmodū corpus. ita ⁊ anima quo-
tidiana indiget refectione. At vero nul-
lus suauior nullusue iocundior anime ci
bus. vt a Lactantio inde falsa religione
preclare dictum est. qꝫ cognitio veritatis.
qꝫ quidem miruminmodum spiritus parit
lectiōes. hinc etiam Marcus Cicero in
primo officiorum libro ait. hominis mēs
discensio alitur. ⁊ cogitatio semper aliq̄d
aut inquirit. aut audit. videndiqꝫ ⁊ audi-
endi delectatiōe ducitur. Hinc ab Aristo
tele ꝑipateticorum principe in his libris
quos de anima inscripsit sciam esse salutē
ꝑfectionē. receptionēqꝫ intellect⁹ assertū ē
inde fit vt oēs homines. sicut suam exor
sus est sapientiam. natura scire desiderēt.

omnes enim trahimur ad cognitionis et
scientie cupiditatem. in qua quidē vt ra-
tionem. Cicero adiecit excellere pulchrū
putamus. labi autem ⁊ errare multum et
turpe dicim⁹. Tum quoniam omnis ha
bitus salutifere doctrine. nō nisi exactuuz
iteratione atqꝫ frequentia gignitur. Tuz
qꝛ cum sapientia dei immensa sit. fine ca
reat. terminis non clauditur. sine intermis
sione in eius indagine laborare debem⁹.
Tum qꝛ cū mens nostra in eius creatio-
nis exordio. nuda sit. omni forma destitu
ta. ⁊ in ordine intelligentiarum pura po
tentia. ⁊ nō nisi. si per nature viam gradi
mur. a nuncijs adipiscatur exterioribus.
longo tempore insudare opus est. vt sa-
na possit doctrina imbui. idcirco ab his.
qui proficere desiderant. singulis diebus
est aliquid discendum. ea de re doct⁹ hy
pocrates nos sollicitos faciēs dixit. Ars
longa. vita breuis. experimentum fallax.
Ea que scimus minima pars est eorum.
qui ignoramus. contigit etiam sepenume
ro propter hanc correctionem mortalem
vt Plato in phedrone inquit. vt a mori-
bus cupiditatibus. formidinibus. omni-
fariāqꝫ imaginibus multis deniqꝫ nugis
a corpore mens impleatur. Cōtingit etiā
nonnūqꝫ. vt interiores sensus obtusi mi-
nus sint ad referendum idonei. Cōtingit
vt fantasia ⁊ memoria specierum intelli-
gibilium armarium quadam tegant nu-
be. ⁊ q̄uis aduersa dispositione. vel ad re
cipiendas similitudines laborent. vel in
eis retinendis labantur quo fit. vt nō fa-
cile possit intellectus erudiri propter que
omnia exercitatione indiget non parua.
qua quidem consumpta ⁊ eiecta rubigi-
ne mentis clarescat acies. quippe nemo ē
tam rudis ingenio qui legendi conferen-
diqꝫ excitatione perspicax non fiat. quo
niam vexatio preparat intellectum. perin
de Ouidius cecinit. quid duri⁹ saxa. q̄d
mollius vnda. Dura tamē molli saxa ca
uantur aqua. per continuum. scꝫ diuturnū
gutte descensum. Debem⁹ insuper at- q
tente vt intelligamus. quod legitur lectio
ni vacare. quoniam legere ⁊ nō intellige-
re. nescio quid aliud sit q̄ꝫ negligere. taliū
autem. scilꝫ non intelligentium lectio si-
milis est psitaci. pice. corui prolationi.
hec enim humana verba proferūt. sed q̄d